

Heinrich Dringenberg

Rector Universitatis Rostochiensis Hinricus Dringenberg/ Hebr. Ling. & Catech. Sacrae Profess. publ. ... Iuvenis Dn. Joan. Theodori Mevii, In Zarrentin ... Hereditarii, Peracerbum insperatumque Funus ... Omnium ordinum Cives Academicos studiose invitat, serioque hortatur ... : [P.P. Sub sigillo Rectoratus, die XIV. Octobr. Anno 1680]

Rostochii: Keilenberg, [1680]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770476074>


Druck Freier  Zugang



Dringenberg, H.,
in
J. T. Mevius.
Rostock, 1680.

49.





RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HINRICUS Dringenberg/
Hebr. Ling. & Catech. Sacrae Pro-
fess. publ. Facultatisq; Philosoph.

SENIOR,
Nobiliss. Strenuiss. VIRI JUVENIS

DN. JOAN. THE-
ODORI MEVIL,

In Sarrentin, Brönnichau & Wendischen
Baggendorff *Hereditarii,*

Peracerbum insperatumqve FUNUS
Heic in ACADEMIA efferendum, WIS-
MARIAE autem dein Patriis inferendum mo-
numentis, solenniter indicit,



Ad hoc ad ultimum FUNCTO deducendi istum ho-
norem exhibendum, exequiasqve eundum,
Omniū ordinum CIVES ACADEMICOS
studiosè invitat, serioqve hortatur.

Convenietur in AEDE MARIANA Hora I. pomerid.

ROSTOCHII,
Typis Viduae B. FRIDERICI KEILENBERGII,
Univerfit. Typog.

4/1

GREGORIUS NAZIANZENUS.

Res humanæ labuntur ac intereunt, & aliam atque aliam subindè capiunt mutationem. Vita certè & mors tametsi plurimum differre videantur, inter se tamen mutuò transmeant, vicissimque succedunt. Mors verò, quæ non modò à præsentibus nos malis vindicat, sed ad supernam quoque vitam traducit, haud scio an propriè appellari mors queat, utpote nomine magis, quàm re formidabilis. Atque absurdè sane & præposterè effecti esse videmur, qui, quæ formidolosa non sunt, extimescamus, ea autèm, quæ metuenda sunt omninò, ut meliora magisque expetenda, complectamur.



S inviolabilis ille & absconditus Fatorum ordo, qui suas cuiq; assignat metas, responderet humani pectoris desiderio, & cum optatis mortalium nunquam non conspiraret, non jam tristissimo hoc hodie commentandi perfunderemur officio. Ceterum jam fieri videmus omnia alia; jam conspicere est clarissimè, quantis casibus humana quæq; versentur; quam nihil sit adeò magnum aut nobile, adeò securis radicibus firmatum, in quod Fatorum violentia non valeat. Apud *Simonidem* eù plura alia maximæ sapientiæ reperire est documenta, tum principe loco ista stant duo: quòd scilicet non temerè pronunciandum de futuris svadeat, ut in quæ mortalium nemo penetrare satis curatè sese possit; sed nec dein, si quis hominem fors videat, quamdiu idem supervicturus sit, decerni ullà aut defini ratione velit. Enimverò respectandum ad muscas esse, quæ sicut se moveant celeriter atq; avolent, ita repentinas quoq; esse vices mortalium, leviq; omninò casu, citiùsq; quam unquam opineris, permutari. Ista eum in sensum *Simonides*. Quibus profectò nil vel excogitari verius præclariusq; poterat. O itaq; fallaces eorum spes! qui confidunt annis nimium, & quò ab senectute distant longius, eò abs morte quoq; remotiores esse sese arbitrantur. Quasi verò ea ætatis pars finì tantùm obno-

xia sit, nec ipsa adeò nativitas nostra conjuncta esse cum obitu queat. Sanè vix trochum ullum aut turbinem verti velocius videas, quam vitam hominis, quæ instat vitri, cum maximè splendet, frangitur, & tum præcipuè, quid fuerit, ostendit. Tamen sic vivimus plerumq; hæc itidem cogitationes maximè capimus homines, quasi duraturi in longum, & morituri vix unquam simus; cum satis certò polliceri sibi aliquis ne crastinum possit. Quotus est quisque, quem lateat, Generosum planèque Eximium VIRUM-JUVENEM, qui hanc scribendi commentandivè hodiè nobis imposuit provinciam, paucis diebus antè obiisse strenuè officii curarumq; partes, ætate florentem, firmum, validum, nec de minimâ corporis imbecillitate (quod nos quidem sciamus) questum? qui nunc in capulo, proh dolor! positus, nil nisi exequias abs nobis, & funus expectat. Quod cum parandum eidem hodiè sit, quantum fieri unquam queat, pro Familiæ, ex quâ satus, virtutumque, quibus instructus abundantissimè fuit, eminentiâ, splendidissimum, nos certè, quæ nostrarum fore partium arbitrabimur, minimè negligemus, exposituri, pro more, beatè FUNCTI historiam, non illo quidem accurato, & quod admorsos unguis sapiat (uti par quidem erat) sed isto extemporaneo tenuiq; dicendi genere, quali gaudere ferè siveverunt, qui majoribus spaciis ad meditando exclusi sunt; quod & nobis in præsens usu venisse & certum utiqve, & nil est mirum. Ceteroqui quicquid industriæ fors decesserit, id verò fides undiqvaq; supplebit. Natus itaque est WISMARIÆ Anno Seculi hujusce LVI. circa ipsa nascentis SOSPITATORIS nostri solennia, Patre quidem VIRO Generoso & Magnifico DN. DAVIDE MEVIO, JCTO. celeberrimo, S.R. Mtis. SVECIÆ Consiliario quondam intimo, summiq; Tribunalis Wismariensis Vice-

ce-Præfide eminentissimo, in **Brönnichow/Baggens-**
dorff/& Zarrentien. Hereditario &c. Matre verò Fe-
 minarum Nobilissima, omniumq; virtutum genere in-
 structissima, **MARIA Puzschin.** Avum paternum ha-
 buit **VIRUM** Amplissimum, Consultissimum & Excellentiss.
DN. FRIDERICUM MEVIUM, J. U. D. & Academiae Gry-
 phisvaldensis Professore ordinarium, Consistoriiq; Du-
 calis Assessorem gravissimum; Aviam paternam, **MATRO-**
NAM pietate & virtute quàm maximè illustrem, **ELISABE-**
TAM Rauwen/ celeberrimo olim Theologo, **DN. DA-**
VIDI RUNGIO primis nuptiis junctam. Avus maternus
 fuit, **VIR Nobiliss. & Excellentiss. DN. EMANUEL Puz-**
JCTUS, & Aulae Frisicae Consiliarius gravissimus; Avia Ma-
 terna Feminarum ornatissima, **CATHARINA Schlüters.**
 Proavus primus paternus extitit **VIR Nobiliss. Ampliss. &**
Consultissimus DN. THOMAS MEVIUS, J. U. D. Acad. Gry-
 phisvald. primarius Professor, Serenissimorumq; Meclenb.
 & Pomeraniae **DUCUM** Consiliarius, quin & Consist. Duca-
 lis Pomer. Director; Cui conjux obtigerat **ANNA Fal-**
cken/ sexus sui clarissimum decus; **VIRI Nobiliss. Ampliss.**
& Excellentiss. DN. JOANNIS Falcken/ Cancellarii olim
 Pomer. Magnifici, ab Imperatore **CAROLO V.** Nobilium
 insignibus dotati, **FUNCTI** nostri Abavi, germana Filia.
 Proavus alter paternus fuit **VIR pl. Rev. Ampliss. & Excel-**
lentiss. DN. BALTHASAR Rauwe/ SS. Theol. D. & Acad.
 Gryphisvald. Prof. Ordinarius; Qui amores sociarum suos
 cum **ANNA SCHURFFIA,** eximio planè sexus sequioris or-
 namento, celeberrimi **ICTI. DN. HIERONYMI Schurf-**
fen/ Parastatae olim Magni **LUTHERI** nostri in Comitibus
 Wormatensibus fidissimi, ex Filio Nepte. Ceterum Pro-
 avo primo materno gavisus est **VIRO** planè Eximio, **DN. JO-**
ANNE Puz/ Antverpiensi Negotiatore primario, cum

ELISABETA **Ruzen**/DN. VALERII **Ruzen** Filia, solenni
conjugii federe juncto: Altero Proavo materno autem,
VIRO pl. Rev. doctissimoq; DN. M. SEVERINO SCHLÜTE-
RO, apud Hamburg. ad eadem Divi JACOBI Pastore, totius-
que Rev. Ministerii Seniore; qui uxore duxerat virtutibus
instructissimam MARIAM **Funcken**/pl. Rev. VIRI, DN.
DANIELIS **Funcken**/in ducatu Lünab. Pastoris fideliss.
Filiam. Ulterius profapiam deducere non adeo attinet.
Quin vel ex ea, quam texuimus, serie, satis manifestum li-
quidumq; , magna esse profecto Nomina, quibus originem
FUNCTUS noster suam debeat. MEVIORUM præcipue,
PUTZIORUMq; decus, manet mansurumq; est in animis
hominum, in æternitate temporum, fama rerum. Nec ulla
futura omnino dies est, quæ utriusq; Familiæ in GENUINO-
RUM NOBILIUM ordinem, jura & privilegia à summis
pridem Imperatoribus adscitæ, gloriam, laudem, splendo-
remq; obliterare sustineat. Sed enim quàm sublimis etiam
& fulgida NOSTRO contigerit nativitas, tota tamen carnalis
fuit, ad salutem æternam nil collatura momenti, longèq;
inferior altera illâ, quæ per aquam fit & Spiritum, quæque
una verè tandem solideq; DN. MEVIUM nobilitavit, fecitq;
adeo, uti in Filiorum DEI, pro quantum NOBILIUM!
jam dudum numerum cooptaretur, & nunc cælestium re-
apsereditatem adire idem ipse quiret. Quo ipso regenera-
tionis divino beneficio potitus, & jam ætate aliquantò
profectior, egregiam continuo mentem, à meliore Naturâ
ingeneratam, præ sese ferre visus est; quæ uti privatorum,
Præceptorum interventu atq; manu ductione incrementa
cotidie caperet, sive in majus adsurgeret, princeps provido-
rum PARENTUM cura fuit. Quibus mortalitati substractis,
Ampl. DNN. Curatores, ANTON. SCHEFFEL, GASP ARUS
Schwarzkopff/ & CHRISTOPH-HENNINGUS GER-
DE-

DESIUS, Wismariensium respectivè Coss. & Syndicus;
VIRI Excellentiss. JCTI, celeberrimi, successerunt, nilq; o-
mninò intermiserunt eorum, quæ ullâ ratione in salutem
PUPILLI sui viderentur cessura. Omnium maximè cre-
debatur profuturum, si VIRO clarissimo, DN. URBANO
LEHMANNO, Scholæ Wismar. RECTORI, formandus eru-
diendusq; traderetur; sub cujus etiam ductu fideliqu; curâ
eò profecit usq;, uti ante quinquenniū ablegari ad Acade-
miam hanc nostram cum satis insigni fructu quiret. Ve-
niens applicuit sese statim industriæ mensæq;, non nimis
diu post Affinis, VIRI Nobiliss. & Excellentiss. DN. JACOBI
Zembken/ J.U.D. & Profess. publ. celeberrimi, Collegæ,
Amici, & Fautoris nostri honoratissimi; apud quem quum
in JURE admodum bellos fecisset progressus, & dein ceteros
Acad. nostræ Antecessores Nobiliss. Amplissimosq; publicè
& docentes, & disputantes gnaviter audisset, avocatus abs
DNN. CURATORIBUS est, unaq; cum Nobiliss. DN. Fratre
ad *Leidensium* An. 77. missus Academiam, hac fini, ut, quam-
heic in juris & ceteroquin humaniorum literarum studio
orsus telam esset, ibidem feliciter pertexeret; negotioque
probè confecto, GALLIAS, ITALIAMq; viferet. Cete-
rum rem longè cæli aliter, itaq; disposuerunt, uti Frater,
itineris futurus comes, in BELGIO mortalitate exutâ, ad
Superos proficisceretur, NOSTERq; ibi remanens, sub cele-
berrimo JCTO. DN. BÖKELMANNO, non leve studiis ad-
deret incrementum; mox tamen post fata Fratris in peri-
culosam ardentemq; ipse quoq; prolapsus febri; abs quâ
vix, ac ne vix quidem liberatus, patrios revîsere penates,
Wismariamq; concedere jussus est, ut, quicquid adhuc in
valetudine vitii hæreret, penitus abstergeretur. Eopte
tempore, nim Anno 78. sponsalia cum Nobiliss. SORORE
ejus VIR supra ex merito laudatus, DN. COLLEGA noster
spon-

sponsalia *Wismaria* contraxerat; quâ sic satis benignâ commodâq; occasione, cum eodem transactis istis solennibus, huc *Rostochium* remeavit, necdum satis firmus validusqve, cotidie tamen, DEI lociq; salubrioris beneficio, rectius meliusqve habere incipiens. Hinc adeò etiam consultum, quàm maximè visum, ut ad pristinam vivendi in Academia conditionem, & sventa studia, jam factus firmior, relaberetur. Interim minimè gentium deponerentur animi perseverandi in pristino decreto, mundumq; curatissimè, *Gallias* præcipuè *Italiamq;* perlustrandi, proposito. Ceterùm intervenire, quæ jam nunc etiam hæc talia agitantem seduloq; versantem interturbarent, abriperentqve, aliorum. Scil. avocarunt à peregrinationum consilio Beato DN. PARENTI ab SAC. REGIA MAJESTATE SVEC. gratiosissimè concessa Nobilia illa Pomeraniæ FEUDA, ceu quæ MAVORTIS sævitia atq; truculentia miserè divexata, adq; omnimodam tracta ruinam forent. Huic tantæ jacturæ uti, quantum liceret, mederetur, remq; ibidem aliquantò curatius præsensq; ordinaret, ad Pomeranos ire visum est omnium consultissimum. Apud quos quum aliquamdiu substitisset, nec usq; adeò infelice negotium, cujus expediendi gratia discesserat, pro singulari illâ, quâ pollebat, prudentia, dedisset confectum, nuperrimè lapsi Sept. mensis die 24. huc ad Nos reversus est, eâ fini, uti proximè secutura Dominicâ erroribus peccatisqve, abs quibus, quàm sanctus etiam ac religiosus foret, minimè alienū sese nōrat, animā exsolveret, & sacrâ Synaxi uteretur. Sub vesperam eiusce, quo redierat, diei, corripit incessiq; gravissimâ visus est valetudine, quæ tantas brevi vires sumsit, uti 27. Sept. hora 3. nocturnâ, nemine id temerè credituro aut existimaturò, ipsissima mors, sed beatissima supra modū, interq; miras firmis fidei significationes, millenasq; inter

quondam celeberrimi, Reverendissimiq; ac Celsissimi
Episcopi Lübecensis, inferiorisq; Saxoniae Consiliarii in-
timi, nec minus capituli Lübec. Canonici Senioris & The-
saurarii filiam. Quæ cum si vel maxime saltem quinquen-
nium vixerit, adeoq; hic ipse torus priori, quæ diuturnita-
tem, non responderit, nec quiverit ullâ ratione respon-
dere; non defuere tamen etiam isti nexui solidæ felici-
tatis clarissima documenta. Tanta præcipue concordia
utrinq; fuit, uti nulla major unquam inter Conjuges esse
possit. Neque verò valentem præterea & subinde per
hoc quinquennium bellè habentem tantum, verum
etiam jam clivicum factum propensissimâ ac benivolen-
tissimâ mente prosecuta semper MARITUM est NOVEL-
LA UXOR; mortemq; jam Ejusdem impensissimè luget.
Munia, quibus FUNCTUM SERENISSIMUS præfecerat,
usq; eò executus semper est dextrè gnaviterq;, ut VERI
indè Boniqve CONSILIARII laudem summo jure indi-
pisceretur. Etiam viribus jam licet infractor, senioqve
impeditior, nil tamen, quantum unquam in se foret,
omisit eorum, quæ ullâ ratione PROVINCIAE, Serenis-
simiq; DOMINI saluti viderentur velificatura. Et cum
jam nil amplius per valetudinem quiret præstare salubre
aut fructuosum, saltem ipsâ mente, ipsis cogitationibus de
Meclemburgensibus non destitit bellè mereri. Morbum,
quo perierit, extinctusvè sit, signavit Nobiliss. Experien-
tissimus & Excellentissimus DN. JOANNES BACMEIS-
TERUS, Medicinæ D. ejusdemq; uti & Mathematicæ
superiorum Profess. Publ. celeberrimus, Collega & Ami-
cus noster honoratissimus, verbis, quæ eadem, quæ ac-
cepta abs nobis sunt, fide subjungemus.

106

VIR

VIR Nobilissimus Ampl. & Consultissimus DN.
JOANNES LEVINUS FERBER, JCtus Excellentissimus,
& Serenissimi Ducis Mecklenburgici Consiliarius
quondam gravissimus, modo desideratissimus, post
Affectum Hypochondriacum, quo in itinere Lunebur-
gensi nuperrime instituto, graviter fuit correptus, do-
mum reversus, in multò periculosiorem morbum
Hydropem, ejusve speciem, Ascitem Medicis dictam,
incidit; In qua Lympha & quantitate nimia, &
qualitate vitiosa & loco inconvenienti peccans, multa
eaq; horribilia produxit Symptomata: Abdomen
quippe, Umbilicus & Pedes exinde insigniter intumu-
ere, impressiq; digiti vestigium diu retinere; & quam-
vis Tumor pedum noctu nonnunquam disparuit, in-
ter diu tamen in molem priorem iterum excrevit: Tus-
sis continua fuit satis molesta: Difficultas respirandi
tanta, ut quoties supinus decubuit, Juffocationis peri-
culum imminere crediderit; qua propter moram diuti-
nam in lecto sibi gravem & molestam sentiens, maxi-
mam temporis partem, in sedili erectior trivit, saltem
ut eò liberius faciliusq; spiraret. Insuper præter sitim
intensam, Appetitum ciborum prostratum, Febrem
continuam, lentam tamen, Flatuum in stomacho & in-
testinis abundantiam, Contabescentiamq; partium car-
nosarum super abdomen positarum, acutissimo subinde
dolore pleuritico, nec non catarrho, ad fauces defluente,
VCCA-

vexatus fuit. Quamvis jam ad hunc morbum, recensitis stipatum symptomatibus, debellandum, varia indicationibusque omnibus apprime satisficientia medicamenta præscripserim, propositum tamen scopum minimè obtinere potui, quin potius concedere coactus fui, ut Catarrhus aliquis suffocativus subito magnoq; impetu faucibus illabendo, sicq; pulmonum, bronchia, jam antea ab humoribus viscidioribus serosioribusq; obsita, totaliter obsiruendo, illum jugulaverit, ac ita è conspectu nostro, cum maximo suorum dolore, eripuerit.

Ita verba habent DN. MEDENTIS. Nos verbo addimus monemusq; ita tandem functum VIRUM Senem, Consiliarumq; gravissimum, uti nemo quiverit felicius beatiusq;. Qui enim præclare semper, & quantum humana conditionis imbecillitas pateretur, pie inculpatèq; vixerat, is vero nec malè mori, aut de statione, quam per tot heic annos obtinuerat, decedere poterat. Vos jam, superstites, Tu lacrimis moeroribusq; mersa uxor; Vos item relictii FILII gravissimè pariter dolentes, meminisse oportebit, quâ conditione Maritum Patremq; acceperitis; sc. non ut proprietario jure possideretis, sed usum tantum, fructumq; ex eodem nancisceremini. Reddetis itaq; repositenti haud nolentes DOMINO, quod est suum. SENECAE, quem sub initium commentationis allegavimus, audite verba, rectissimè, uti omnia ferè, statuentis; Nihil rerum mundanarum adeò, aut hac dari lege, uti in peculium transeat nostrum, nostraq; sit eorum, quæ dentur, perennis possessio. Collatitiis saltem & ad DOMINUM verum redituris instrumentis scenam heic adornari. Decere nos in promptu ha-

habere, quæ in incertum diem data sint, & appellatos sine
murmure aut querelâ reddere. PESSIMI ESSE DEBITO-
RIS, CREDITORI FACERE CONVICIUM. Sæpè esse ad-
monendum animum; ut amet, quæ fors orbis hic conti-
neat, tanquam brevi recessura, imò jam nunc recedentia.
Nihil vel de hodiernâ die promittendum esse; quin eam
nimis magnam esse advectionem: Nil promittendum esse
de horâ. Ità denuò gentilis SENECA. Vos longè è divi-
nis literis omnia edocti rectius, moderabimini dolori, inq;
luculentissimâ Mariti Parentisq; virtutû imagine erecti fir-
matiq;, tacebitis; quam DEUS jam sortem immiserit, pa-
tienter feretis, cavebitisq; omninò, NE DEBITORES in-
grati CREDITORI benivolo FACIATIS ullum CONVI-
CIUM. Ad NOS quod attinet, quum pedibus, tanquam
extra nos tumulando, non possimus, saltem propensiori
adfectu iruri sumus exequias, & nunquam TANTI
VIRI in animis nostris memoriam ob-
literari patiemur.


P.P. Sub sigillo Rectoratus,

die XIV. Octobr.

ANNO 1680.

vexatus fuit. Quamvis jam ad h
censitis stipatum symptomatibus, de
indicationibusque omnibus apprime
medicamenta præscripserim, propo
pium minimè obtinere potui, quin po
actus fui, ut Catarrhus aliquis su
magnòq; impetu faucibus illabendo, s
bronchia, jam antea ab humoribus r
sioribusq; obsita, totaliter obsiruen
verit, ac ita è conspectu nostro, cum
dolore, eripuerit.

Ita verba habent DN. MEDENTIS.
mus monemusq; ita tandem functu
Consiliarumq; gravissimum, uti nemo q
atiusq;. Qui enim præclare semper, &
conditionis imbecillitas pateretur, piè
rat, is vero nec malè mori, aut de stac
heic annos obrinuerat, decedere po
superstites, Tu lacrimis moeroribusq; ve
item relictis FILII gravissimè pariter dol
oportebit, quâ conditione Maritum Pat
sc. non ut proprietario jure possideretis,
fructumq; ex eodem nancisceremini.
poscenti haud nolentes DOMINO, quod
quem sub initium commentationis alle
verba, rectissimè, uti omnia ferè, statuer
mundanarum adeò, aut hâc dari lege, uti
eat nostrû, nostraq; sit eorum, quæ dent
sio. Collatitius saltem & ad DOMINUM
instrumentis scenam heic adornari. Dec



m, re-
varia
tia
n sco-
re co-
subitò
um
Jero-
gula-
orum
addi-
nem,
ius be-
manæ
e vixe-
ber tot
jam,
; Vos
inisse
eritis;
atum
q; re-
ECAE,
udite
erum
trans-
possef-
dituris
omtu
ha-